



Casperus natus est in villa Schœnauu, quæ in Camœna ualle, à præterlabente torrente Vu-senthall dicta, sita est, haud procul Basilea anno sa-lutis 1504. Is cum prima literarum fundamēta iecis-set, in ipsa iuuētute S. Blasij monasterium acceſſit, & pietatis amore Benedictinorum ordinem fusce-pit. Situm est illud in Hercinia sylua miliare unum ab oppido Vualdshut. In eo loco statim post Dio-cletiani tempora anno circiter 300 Christiani qui-dam fuga elapsi cōuenerunt, & Anachoritarum ut-tam agentes Deum laudibus celebrarunt. Hisce cum S. Blasius Cappadociæ præſul, & sub Licinio Cæſare anno 312 martyr apparuiffe uifus eſſet, atq; admonuſſet, ut conſtanter pergerent, & mundi minas contemnerent, eius monita admiserunt, & eum patronum agnoscentes, suam habitationem ab eo denominarunt. Hoc modo plus minus ſexingentos annos ſumma humi-litate & manuum labore uixerūt, ac Benedictinorum ordinem profeffi, Prio-rem elegerunt, cuius auſpicij religionem ijs in locis longe lateq; propaga-runt. Cum autem poſtea Ottonei.